Sed exstimo, hos Doctores non esse intelligendos de pacto successionis tertie personæ absens, de quo loquuntur textus cap. final. de patiis. Nam dictum Doctorum intelligendum est iuxta texrum, quem allegant, ut tradunt Bartoli. non solum. la 2. §. si liberatio. num. 7. ff. liber. leg. at. & multi, quos additionator ibi congerit littera H. Menochius de presumpt. lib. 1. quest. 37. num. 4. Sed textus cap. 1. etiam, quem pro se allegant, continet longe diuersum casum, ut optimè adiutum Purpuratus l. final. num. 29. C. de patiis. Menoch. conf. 1. num. 16. fin. & 16. vol. 1. quia in ea l. s. & l. patiis, quod donati. C. de patiis, conuenient cum domino hereditatis eius successione, ac proinde, cùm ipsi consentiant, non darur votum captandæ mortis, ut optimè etiam adiutum Purpuratus ea l. s. num. 4. 1. 44. 45. at l. final. conuenient de hereditate tertii absens, nec consentientis, & ideo darur votum captandæ mortis. Secundum, quia nec etiam inter milites votum pactum de hereditate tertii absens, prohibuit ea l. final., ut tradunt Iason ea l. final. num. 5. & ibi Purpuratus. num. 29. Bologn. num. 32. Alciat. num. 10. Menchaca de successione. lib. 2. §. 1. num. 219. & num. 223. Berengarius Fernandez in cap. 2. sive de filiis natis ex matrimoniis ad Morganaticam contrâlo, in preludio. cap. 1. num. 5. pur. alii allegatis l. patiis, quod donati. num. 13. C. de patiis. & ibi Alciatus numero 33. & 34. Tiraquellus alias allegans de iure primogenitorum. questione 7. num. 5. & 6. Andreas Galinus in decisionib. Cameræ Imperiali d. 1. dec. 5. 33. numero 10. Afferunt in addit. ad decisionem 453. capelle Tholosana. numero 4. Menochius alias allegans conf. 1. num. 166. fine. vol. 1. Sed contrarium tenent multi alii, quia cùm pactum hoc sit non moribus aduersum, nullo statuto, aut consuetudine validum reddi potest. Sic Alexander l. patiis, quod donati. num. 4. C. de patiis. & l. final. numero 4. C. eo. titulo. Guillelmus Benedictus alios referens cap. Raynuist. verb. duas habens filias. num. 197. de testamento. Decisio capella Tholosana 453. fine. Natta cap. quamus patiis de patiis. in 6. part. 2. numero 59. habetur tomo 6. tractatuum. part. 2. Euerard, in suis locis legalibus, argumento a patiis ad legem. numero 110. Villalobos in suis communibus opinionibus. littera P. verb. patiis. num. 1. Menchaca de successione. creat. lib. 2. §. 18. num. 258. Crassus de successione. ex testamento. & ab intestato. successio ab intestato. questione 9. numero 8. & alios referens Andreas Fachin, in suis controversiis iuris. lib. 8. cap. 7. 2. versus respondendo negando viri. Immo aliqui docent nec Principem supremum possit hoc pactum approbare, quamus possit afferre pœnam illud inuenientibus statutam: sic Vulgaris, quem refert, & sequitur Purpuratus. eas. l. final. a numero 55. usque ad 59. & ibi Cagnol. antiqua editione, a numero 89. noua, a numero 55. Sed prior opinio tenet est, quando consuetudo est legiūm præscripta, ita ut sufficeret ad legem inducandam; & idem dicendum de statuto, quando editum, aut confirmatum est a Princeps potente condere legem. Quare verissimum est, possit Principem supremum id pactum approbare derogando decisioni d. l. final., ut optimè docent Bolognetus et al. final. num. 66. & ibi Guillelmus Benedictus. eodem verb. duas habens filias. num. 203. Et ratione hanc optimè reddunt, quod tota illa decisio fundata sit in presumptio delicti procuracionis mortis eius, de cuius hereditate conuenient; quæ presumptio elutis positiv: ergo potest tolli per Principem supremum, aut aliam statuum, aut conseruandam vim legis habentia. Neque obstat id pactum appellari contra bonos mores: quia respondent optimè Tiraquellus, & Alciatus ibi, id quod est contra bonos mores, repugnante lege naturali, aut diuina, non posse legi aliqua, aut consuetudine approbar, fecit si sit contra bonos mores propriæ prohibitionem, & presumptio legi humanae.

39. Septimo limitatur, nisi pactum hereditatis viuentis non veniat principaliter, nec de illa principali tractatus sit, sed veniat sub quadam viuuntestate bonorum, & tanquam annexa alteri hereditati, cui licet renunciatur, ut si quis haeres institutus, impuberique subfutitus, vendat viuuntque hereditatem; hanc enim venditionem valere probat textus l. 2. §. 1. vers. illud potest, in fine, ff. de hereditate, vel aitione vendita. vbi expresse deciditur, valere eam venditionem, maximè si iam est delata impuberis hereditas tempore illius venditionis. Ergo idem intelligitur tempore vite pupilli, quando nondum est delata hereditas, cum dictio (maxima) in alio tempore verificari nequeat: quippe statim mortuo restatore deferunt hereditas. Atque ita docent Glosa et al. verb. maxime. in 2. solutione. Bartolus l. final. num. 1. ad finem. C. de patiis. & ibi Baldus num. 22. Iason

num. 15. Decius numero 21. Paulus numero 10. Iacobinus de Sancto Georgio numero 40. Bolognetus num. 4. & num. 90. idem Bartolus l. stipulatio hoc modo , ad finem. ff. de verbis obligat. Antonius Gomez l. 21. Tauri. num. 16. fine. Menchaca de success. creat. lib. 1. §. 18. num. 256. Gutierr. de iuramento. part. 1. cap. 43. numero 3. Monterolus. pactum , quod donati. numero 14. C. de pacis. Riminaldus iunior conf. 80. numero 37. volum. 5. Hermannus Meyer irat. de success. testamentari. l. 4. tit. 17. fine. Et rationem reddit. Bolognetus et numero 90. quia quando hereditas venit sub vniuerso , vel ratione connexitat , non videntur pacientes cogitare de morte alterius , seu habere votum captandi mortis , nec hereditatis aliena personae viuentis studiosi esse , neque es animus praefimitur , cum propter aliam rem , & cum alium sine facta fuit conuentio. Quamvis autem hic casus valde probabilis sit , at multis impugnatur dicentibus huiusmodi pactum esse inuidium , nec in ea 1. agi de substitutione pupilli viuentis , nec dictiōne (maxime) pupillum tunc vivere arguere , sed nondum esse fiduciam hereditatem pacientis ; quod etiam pupillo mortuo potest in variis cunctibus contingere. l. 1. qui heret. ff. de acquirenda hereditate. l. delata. ff. de verbis significat. Et ita sicut Glossa ea l. 2. verb. maxime in 1. substitutione . & l. final. verb. pacis. C. de pacis. & l. quidam. in 1. 30. §. final. verb. constabat. ff. de donationibus , dum ait , abundare dictiōne (maxime) in ea l. 2. & tenet Alciatus et l. final. num. 48. & ibi Fulgosi. num. 8. Curtius junior. num. 27. & 64. Curtius senior. num. 25. Corneus num. 2.

42 Quamvis autem diceremus non valere huiusmodi pactum quadam hereditatem pupilli viuentis , non subinde dicendum est , esse quoque irritum quadam alia bona in pacto illo conuenia , que poterant in pactum deduci ; sed quoad illa valebit virita alia parte. Nec obstat donationem omnium bonorum praefimenti , & futurorum irritam iuxta ius communem , vel omnium bonorum praefimenti irritam iure huius regni , irritati in torum iuxta veriorem opinionem , tam quia non est ita certum , quin multi teneant contrarium ; tam etiam , quia quamvis id certum esset , est differentia ratio , quia in hac donatione nullus est inter ali quo terminus praescipitus , vñque ad quem valeat , & vñque ad quem non valeat. Quare si esset invalida quoad totam summam , & non quoad reliqua in ea inclusa , confusione maximam pareret ; at in nostro casu est praescipitus terminus , vñque ad quem valeat possit pactum hoc , nempe , quoad totam summam , excepta hac successione futura personae viuentis ; & ideo donationem ultra quingentos solidos absque insinuatione factam faciunt Doctores valere vñque ad eos quingentos solidos , non autem quoad excellum ; & ita ferè in nostris terminis tradit Cagnolus l. final. antiqua editione. numero 53. in nova. numero 34. C. de pacis , allegato Signorolo consilio 116. vbi ait intimum pactum super hereditate fratri viuentis , & super alia incerta persona , valere quoad posteriore partem , viuenda priori. Idem docent Alexander conf. 83. numero 17. lib. 2. & Purpuratus et l. final. numero 202. versic. 2. declarat. vbi tradunt dispositionem continentem pactum de futura successione tertie personae viuentis , & donationem alias validam viuendi quoad solam priorem partem ; & idem Cagnolus eadem l. final. antiqua editione. numero 101. in nova. numero 65. & ibi Bolognetus numero 59. alios multos allegans , vbi dicunt filiam renunciamentem in manibus patris successioni paterna , materna , & auctore , renunciare quidem validè quoad paternam , in qua est consensus patris , modo interuenientur iuramentum , iuxta cap. quamvis pactum. de pacis , in 6. non autem quoad alias hereditates , in quibus dicitur consensus matris , & auorum , de quorum hereditate agitur.

Q V A S T I O tercia versatur circa intellectum 44. l. hereditatis. C. de pacis conuenit , vbi deciditur , hereditatem extraneis testamento dati , vbi Baldus statim in principio inde colligit , & curi eo vniuersi Doctores , non posse dari pacto. Idque aptius probatur ex l. liceit. C. de pacis. & l. regia 33. titulo 11. parte 5. vbi dicitur , inter priuatos non valere pactum mutue successione , scilicet inter milites. Ratio autem decisionis est , ut optimè tradit Alciatus l. pactum , quod donati. numero 12. C. de pacis , quia posse quenquam de patrimonio in tempore mortis disponere , est specialis legis indulgentia concessum , cum in id tempus dispositio referatur , in quo non est futurus dominus : at lex hanc dispositionem indulxit , dummodo certa forma fieri , nempe , testamenti solemnis.

Hoc

Hoc autem priuilegium militum concessum illis est cap. licet , ut valeat inter eos pactum mutue successio- nis , & sic hereditas deretur pacto , in eo situm est , ut cum id pactum , vñptate inter viuos celebratum , solaque executione in mortis tempore dilata , transeat à natura pacti irreuocabilis in ultima voluntatis ad nutum eorum reuocabilis naturam , & sic valeat , & sustineatur tanquam ultima voluntas , quod non contingit in eiusmodi pacto inter aliis celebrato , sed manet intra pacti limites , & minimè valet. Et ita exp̄s̄ tradunt Bartolus et liceit. in 1. leſt. num. vñpt. ad medium . & in 1. lectura , statim in princip. in somma illius legis , & ibi Bald. num. 4. Purpur. num. 2. & 41. Bologn. num. 32. Suarez l. quoniam in prioribus limitat s. ad l. regni. num. 10. Berengarius Fernandez in cap. vñpt. de filiis natis ex matrimonio ad Morganianum contracto , in præludio. cap. 1. num. 7. idque non obscurè significat textus eo cap. licet , ibi ; cimique voluntas militum vñ sup̄remi iudicij obirent.

45 Hinc deducitur , minus bene Alexandrum conf. 28. per totum & maxime 5. vol. 3. afferere , ex ea l. liceit probari non posse donatione causâ mortis dari hereditatem , & esse speciale in milite , vt sic data valeat. Sed is textus id non probat ; quia dum inter priuatos pactum non vere decidit , loquitur de pacto irreuocabili , & non de donatione causâ mortis , quia reuocabilis est , ut constat ex illis verbis textus , nec donationis quidem mortis causâ gesta efficaciter spem ostendat , vbi clare decidit textus , non esse vere pactum ibi reprobatum donationem causâ mortis , nec efficaciter eius spem ostendere ; & ideo Purpuratus ibi. num. 33. ait verba sonum habere donationis causâ mortis , refragari autem mentem , cum priuatis illi pactum inierint irreuocabilem ; & Glossa ibi , verb. mortis , ait id pactum esse simile huius donationi , at vere non esse donationem causâ mortis , quam vñiuer- si Doctores illa sequuntur , & folūm in tradenda ratione , cur non fuerit donatio causâ mortis , defatigantur ; & exp̄s̄ ibi Baldus num. 1. Salycketus num. 1. notab. 2. dicimus tale pactum , liceit collatum post mortem , non esse donationem causâ mortis : & clare hoc probatur ex l. regia 33. tit. 11. part. 5. quia concordat cum d. liceit. vñpt. enim hoc verbo (pleito , o permissione) & ibi Greg. Lopez verb. ocaſion , eam simul rationem assignat , quod tollatur libera testandi facultas : & hanc quoque poſteriore ratione tradunt Bartol. et liceit. l. leſt. num. 1. & vñpt. tradit Suarez l. quoniam in prioribus , limitat s. ad l. regni. num. 11. & Anton. Gomez l. 22. Tauri. num. 17. Quarum neutra vera esset , si textus in l. liceit. nomine pacti successione ibi reprobatur intelligere donationem causâ mortis : quippe cum illa sit ad nutum reuocabilis , non auctor , liberam testandi facultatem ; eam enim reuocans poterit testari : neque etiam p̄petet an- sam captandam mortis , cum mutuo consenserit , & de propria hereditate pactum sit , & non de aliena , cui pacientes successuri sunt ; & si postea inuenientur periculum imminentia , poterunt reuocare. Hac enim ratio dixi num. 14. renuntiacionem hereditatis persona consentientis non inducere vorum captandam mortis. Præterea , quia si textus nomine illius pacti intelligenter donationem causâ mortis , decidebatque èa posse donari hereditatem inter milites , non autem inter priuatos ; non consiliteret priuilegium militis in transitu pacti irreuocabilis in ultimam voluntatem , cuius contrarium ex multis dixi num. precedenti.

47 Vnde aliqui consenserint , donationem causâ mortis , quia donatur hereditas , valere , quia donatio causâ mortis omnium bonorum praefimenti , & futurorum valida est , nec prohibito similis donationis , quam frequen-

tissima sententia colligit ex l. stipulatio hoc modo concepta . ff. de verbis obligationis . & est exp̄s̄ etiam folūm sit de omnibus bonis presentibus , in l. 69. Tauri. hodie l. 8. tu. 10. lib. 5. recipiat . extenditur ad donationem causâ mortis , vt bene tradunt Iulius Clarus lib. 4. receptus . & donatio . quest. 19. num. 7. Molina alias allegans lib. 2. de primo genit. cap. 10. num. 14. Gutier. de iuramento. conf. 1. p. c. 11. fin. Molina Societas l. 8 vñpt. 10. de iustitia. dispu. 280. col. 5. & dispu. 288. col. 7. ver. ne vero ad hanc. Hac enim , vñptote quia reuocabilis est , non auctor liberam testandi facultatem , que fuit ratio prohibitionis donandi inter viuos omnia bona ; at id videtur donare omnia bona praefinta , & futura , ac donare hereditatem ; hereditas enim nihil aliud est , quā successio in vñiuerium , quod defunctus habet tempore mortis. l. lib. 11. ff. de verbis significat . & ita exp̄s̄ tradit Decius et liceit. num. 10. vñpt. reiecta concordia Iasonis , quam num. sequenti referamus , ut valere donationem causâ mortis omnium bonorum , & hereditatis futura , & allegat pro se Baldus cap. 2. num. 1. vers. c. in ergo , de feudo dato in vicem legis commissoria , vbi cadem verba dicit. Idem retenit Andre. Fachin. lib. 6. controvers. quest. 95. dicens exp̄s̄ valere donationem causâ mortis , hereditatis , & quamvis paulo post principium videatur amplecti concordiam Iasonis , paulo post , ver. ex quo infertur , reiecta ea concordia dicit valere huiusmodi donationem totius hereditatis , & ad libertatis C. de pacis conuenit , quatenus decidit hereditatem non posse dari pacto , dicit intelligi de pacto irreuocabili , secus de donatione causâ mortis , quia reuocabilis est.

Sed existimo hereditatem non posse donari donationem causa mortis , vt tradunt Bart. l. liceit. in 1. leſt. num. 1. in 2. statim in princ. de pacis , & ibi Paulus n. 4. Alex. num. 1. Angelus ad fin. Corneus num. 1. Alciatus num. 12. Atque idem tradunt ibi Iason num. 15. & Curtius senior. in repetitione eiusdem legis num. 11. limitantes hi duo , quando hereditas donatur ut ius vñiuerfale , fecus si restringatur ad praefensem , qui tunc intelligitur hereditas , id est , bona. Sed nec modica difficultas est de hac posteriori parte , at non tantum tota hereditas , sed etiam hereditatis pars posset donari extra testamen- num. De quo re confundile fuit Menochius conf. 1. num. 15. 10. vol. 1. & conf. 923. num. 13. vol. 10. Antonius Gabr. tit. de pa- chis. 102. concl. 1. Fachin. lib. 5. controvers. in 1. cap. 84. & tri- bus sequentibus. Caſual. in suis quest. præc. quest. 140. Dux cor autem , quod hereditas exp̄s̄ decidatur , hereditatem in testamento dandam ; cuius ratione reddimus numeri 44. quod velint iura non aliter de hereditate disponi , quā solemnis testamenti forma seruat , quod in donatione causâ mortis procedit , cum ea non sit testamen- tu , nec valeat exp̄s̄ illius textus , quod sola pacta irreuocabilia excludat ; quia ea l. hereditatis decidit , hereditatem ex testamento extraneis dandan- dam ; vbi Glossa verb. extraneis , ait extraneos appellari , qui ab intestato non succedunt. Quare a contrario feni- bui textus ille hereditatem non feruata testamen- ti solemnitate posse dari descendentiis , atque ita fa- tentur vñiuerfieri ; at hereditas nulli potest dari per pa- ctum irreuocabile , quippe auferetur libera testandi potestas. Rursus , quia hereditas codicillis dari nequit. l. 2. C. de codicillis . & 6. permitt. int. codem iii. cum tamen codicillus reuocabilis sit. Negre obstat ratio contraria , quia , vt optimè ait Angelus conf. 179. num. 4. fin. ea est differentia , quod succedens in hereditatem repre- sentat personam defuncti in ea parte , in quam succedit ; non sic autem de donario omnium bonorum.

Quamvis autem hereditas nequeat dari donatione 49. causa mortis , non dicendum est cum donationem omnino irritari , sed non valere in vim hereditatis reliete , vñptote quia solo testamento dari potest ; neque alius modus instituendi hereditis adest : at valebit in vim fideicommissi , iuxta l. Senola . & l. ex factio. in princ. f. ad Trebelia

*Trebellianum:* sicut enim bonorum vniuersitas dari codicillo potest in vim fideicommissi, vt quando institutus heres iubetur in codicillo hereditatem alicui restituere. & 2. C. de fideicommissi; ita etiam potest donatio ne causâ mortis in vim fideicommissi dari. Quare donatarius ille non erit heres per hanc donationem, sed heres erit qui ab incolato successurus erat, qui donatio nerebatur eam hereditatem restituere, retenuta si bi quarta Trebellianica, perinde ac ex fideicommisso eam quartam decideret. Et ita tradit Alcias l.licet. num. 1. 3. C. de patr. & ibi Curtius senior repetitione eiusdem legis. num. 12. Matthæus Vresembetius conf. 7. 1. n. 22. 28. 4. vol. 2.

50 Tandem dubium est, an id priuilegium militibus concessum ea l.licet. C. de patr. vt hereditas propria data pacto valeat, cuius meminimus num. 1. habeat etiam locum in pia causa? Negant aliqui. Dicuntur, quod id pactum non valeat fauore filiorum. I. patr. num. quod dotali. C. de patr. at filiorum fauor antefertur fauori pia cause, iuxta illud D. Augustini relatum c. finali. 16. q. 3. Qui filii exhereditatis Ecclesiam vult instituire, alium querat consultorem. Secundum, quia l.licet procedit in solo pacto reciprocio inter milites; non ergo habet locum fauore pia causa, cum non sit pactum reciprocum, sed illi soli successus concedatur pacto. Tertiò, quia favor concessus militibus ea l.licet, est in fauorem militis priuilegium militibus concessum tradunt Baldus l. finali. num. 17. C. de patr. & ibi Romanu. 71. & 72. Cornelius num. 3. fall. 2. Felin. cap. in presenta. num. 43. de probat. Bartholomæus Soncinus conf. 49. num. 7. vol. 4. Alexand. conf. 1. 68. num. 7. vol. 5. & conf. 12. num. 9. & 1. vol. 6. & l. patr. quod dotali. num. 4. C. de patr. & ibi Iacobinus de Sancto Georgio num. 10. Purpur. num. 18. idem Alexan. d. l.licet. num. 6. fine. & ibi Curtius junior num. 13. & 14. Decius num. 4. Petrus de Vergnia ibi in addit. ad Iacobum Barrigarium ad finem, idem Purpuratus l. finali. 197. C. de patr. Guillelmus Benedict. cap. Raynati. verb. duas babens filias, à num. 206. de testam. Socinus junior conf. 44. num. 45. vol. 1. Calcaneus conf. 13. num. 4. & 5. Natta c. quamvis patrum de patr. in 6. part. 2. num. 60. habetur 6. tomo trit. part. 21. & ibi Francus num. 6. Euerardus in suis topicis, loco a milite ad Ecclesiam, Iafon. l. stipulatio hoc modo concepi. num. 9. ff. de verb. obligat. Suarez L. quoniam in prioribus, limitatione 5. ad l. regni. num. 10. Iacobus de Nouellis lib. 14. de regulis urbis reg. 1. l. fin. Iacobus Richius de unione prolioni. cap. ultim. num. 24. habetur tomo 6. trit. part. 1. Gregorius Lopez l. 33. verb. Caullerol. stt. 11. par. 5. Anton. de Petra de fideicommissi. quest. 4. post. num. 8. c. 2. limitat. 1. & alij, quos refert Tiraquel, de priuilegiis pia cause. priuileg. 10. n. 1. & clare ipse sequitur num. ultim. Nam relata contraria sententia sic concludit; sed tu vide Decimus d. l.licet. num. 4. vbi hanc sententiam temet. Courruianus sequitur fauor optimè Nauart. commentario i de reguli. num. 27. vers. ad 3. vbi ait; non valet promissio hereditatis, vel omnium bonorum praesentium, & futurorum militis, non astringantur seruare in sua ultima voluntate declaranda solemnitates iure ciuili peritassad his omnis vales. l. i. cum ibi notatis. ff. de testam. & l. limitat. C. de testamento militis. Quam rationem aperte tradit textus eo cap. licet, ibi cum voluntatis militum, que super ultime vita spiritu, deque familiaris rei decreto quoquo modo contemplationis moris in scripturam deducatur, vim postremi iudicio obireat. At cadem proflus ratio militis in dispositione ad pias causas, quippe ad eius valorem non exigitur solemnitas iure ciuili inducta, sed sufficit solariis genitum, & canonici, vt constat ex cap. relat. el. 1. de testam. ibi, cum non secundum leges, sed secundum decretorum statuta traetis. Et quamvis textus loquatur de relictis Ecclesiæ, optimè tamen Abbas ibi num. 7. ait idem proflus intelligendum esse de relictis ad pias qualcumque causas propter rationis identitatem. Ecclesia enim propter animam, & contemplationem Dei priuilegium munitur, idque colligitur ex doctrina Innocentij cap. relat. fin. vbi textum illum explicat de relictis Ecclesiæ, vel ad pias causas; idque optimè docent Bartoli. repetit. l. i. num. 75. C. de sacrofanti. Eccles. Abbas conf. 11. num. 1. volum. 1. & cap. finali. num. 14. de success. ab intest. & c. relat. num. 3. & tribus sequentibus. Courrat. cap. cum tribus num. 12. de testam. & multi alij, quos refert, & respondunt Alexander. & Decius num. præcedenti allegati, & Gregorius Lopez l. 33. verb. dos. iii. 1. p. 5. eam etiam procedere

51 Sed multo verius est, ac frequentissime receptum, fauorem hunc militum extendit ad pias causas, atque adeo pactum successionis, vel hereditatis propriae dando fauore pia causa valere. Ducor, quod maior pia causa fauor sit, quam militis, vt constat ex aliquibus, quos congrerit Iafon. l.licet. num. 6. & 7. C. de patr. Si ergo fauor conceditur militibus, cur non pia causa? Et confimatur, quia ideo valet fauore militum, quod milites non astringantur seruare in sua ultima voluntate declaranda solemnitates iure ciuili peritassad his omnis vales. l. i. cum ibi notatis. ff. de testam. & l. limitat. C. de testamento militis. Quam rationem aperte tradit textus eo cap. licet, ibi cum voluntatis militum, que super ultime vita spiritu, deque familiaris rei decreto quoquo modo contemplationis moris in scripturam deducatur, vim postremi iudicio obireat. At cadem proflus ratio militis in dispositione ad pias causas, quippe ad eius valorem non exigitur solemnitas iure ciuili inducta, sed sufficit solariis genitum, & canonici, vt constat ex cap. relat. el. 1. de testam. ibi, cum non secundum leges, sed secundum decretorum statuta traetis. Et quamvis textus loquatur de relictis Ecclesiæ, optimè tamen Abbas ibi num. 7. ait idem proflus intelligendum esse de relictis ad pias qualcumque causas propter rationis identitatem. Ecclesia enim propter animam, & contemplationem Dei priuilegium munitur, idque colligitur ex doctrina Innocentij cap. relat. fin. vbi textum illum explicat de relictis Ecclesiæ, vel ad pias causas; idque optimè docent Bartoli. repetit. l. i. num. 75. C. de sacrofanti. Eccles. Abbas conf. 11. num. 1. volum. 1. & cap. finali. num. 14. de success. ab intest. & c. relat. num. 3. & tribus sequentibus. Courrat. cap. cum tribus num. 12. de testam. & multi alij, quos refert, & respondunt Alexander. & Decius num. præcedenti allegati, & Gregorius Lopez l. 33. verb. dos. iii. 1. p. 5. eam etiam

procedere

vitam propriam antefere. d. isti quidem s. quod metus casus. & ideo Baldus et al. finali. num. 5. Paulus num. 5. Alexander. num. 2. Iafon. num. 5. & 14. Roman. num. 11. Curtius iunior. num. 10. Corneus num. 4. super Glossam. verb. aliens. Curtius senior num. 13. Cagnol. antiqua editione. num. 109. noua. num. 68. Gozadinus num. 17. Berengarius Fernandez cap. 1. proxime allegat. num. 2. & 3. dicunt eam decisionem procedere in parentibus, quia licet in eis non detur votum captandæ mortis, habet tamen locum ratio prædicta posita in fine illius legis. Et etiam n. 15. probantius decisionem, illius legis habere locum in extraneis, cum tamen in illis non videatur dari votum captandæ mortis, cum nullam spem probabilem succendi illi, de cuius hereditate agitur, videantur habere. Et ideo Albericus ea l. finali. num. 6. Curtius junior num. 2. Cagnol. antiqua editione. num. 15. & 16. noua. num. 8. & 9. dicunt deficere in extraneis votum captandæ mortis: at in eis quoque decisionem illius legis vim habere, quia in eis locum habet ratio posita in fine illius. Et confirmatur, quia Menchaca hoc num. in ratione 2. allegatus fatetur in Ecclesiæ, & Vniuersitate non votum captandæ mortis, & tamen habere locum decisionem illius legis, quia militante aliae illius rationes; & Cour. cap. quamvis patrum. 2. patr. ini. n. 2. dicit non esse foliam rationem illius legis, quod detur votum captandæ mortis, & addit rubr. de testament. 2. part. n. 15. nec hanc esse potissimum rationem, sed quod turpe sit agere de bonis, in qua adhuc viuenti succedendum est, abique eius conueniū; & Crafus de success. S. success. ab intestato. 9. 9. n. 2. ait triplcem rationem huius decisionis folere affigunt. Prima est, votum captandæ mortis. Secunda, quia auferunt libertas testandi. Tertia, quia hereditas per iuris modos, & non per pacta dari debet; & concludit vnam ex his causis satis esse inveniri: quamvis enim renunciatione hac hereditatis facta in fauorem Societatis I. & S. vel alterius communis non detur votum captandæ mortis, renunciatio tamen erit nullius momenti, quod militent aliae eius leges rationes. Et amplius confirmatur, quia quamvis deficit ratio illius legis in vno, vel altero cafu, dum tamen in commune perferueret, suffici, vt dixi num. 37. Quartò, quia spes succendendi est iure reprobata, ac nullius considerationis, ut satis probatum num. 9. & ob hanc ratione Bertazzolus conf. 7. num. 10. & 11. lib. 1. docet non posse ingredientem religionem de iure, quod haber ad legitimam paternam in spe disponere. Quintò, quia hereditas pacto nullo, vel renunciatione dati potest, neque donatione causâ mortis, sed solo testamento formem, ut probatum num. 44. & 48. Quod si dicas id cellare fauore cafu pia, vt probauit num. 5. obflat, quia ibi dixi valere tanquam ultimam voluntatem reuocabilem; atque ita non haber locum constitutio Societatis I. & S. vel cum iuxta illam hec renunciatione taliter fieri debet, vt renocari non possit. Tandem, quia hec renunciatione continet donationem omnium bonorum praesentium, & futurorum, quam iure communi, & iure huius regni, etiam si solum bonorum praesentium sit, in totum irritam esse diximus num. 42. Nec valet si dicas eam donationem fauore Ecclesiæ, & caufi pia valere: nam contrarium docent Angelus conf. 79. n. 5. Roman. repetit. authent. similitur. num. 19. C. ad l. Faleidianam. & l. stipulatio hoc modo concepcionem. 41. ff. de verbis obligat. & ibi Alexander. num. 10. Socinus iunior, quamvis dubius, & cogitandum relinquit ibi numero 86. Purpurat. l. finali. num. 222. C. de patr. & ibi Bologn. num. 128. fine. Bartholomæus cap. in presenta. num. 24. ad forem. & ibi Mantuan. num. 10. de probat. Antonius de Petra de fideicommissi. quest. 4. post num. 8. in calu 2. ampliat. ultim. & in calu 13. Menchaca de success. progressu. lib. 1. §. 1. num. 182. & alij, quos refert Tiraquel, de priuilegiis pia cause. priuileg. 100. n. 2. & dicit esse dubitabile, quod valeat, Curtius iunior l. finali. n. 6. 1. C. de patr.

His

His non obstantibus existimo validam esse prædiciam renunciationem hereditatis futurae parentum, vel quorūcumque aliorum viventium, absque eorum consensu, sive factam in favorem Societatis Iesu, sive cuiuscumque pauperis, iuxta eius constitutiones, ut explicimus cap. præcedenti num. 31. Huius sententia veritas pender ex probacione quadruplicis fundamenti. Primum est, tota ratio, cur *i. final. C. de patris*, interdicit pacem futuræ hereditatis absque consensu eius, cui succedi debet, est, ne detur votum captanda mortis, atque hac cessante cessa obligatio illius legis. Secundum est, in renunciatione hac facta iuxta constitutiones Societatis non datur votum capienda mortis. Tertium, erit, ea non esset sola ratio eius decisionis, adhuc alia, quæ affiguntur à Doctribus, non habent locum in hac renunciatione. Ultimum est, aliis quoque rationibus haec renunciatione sustinetur necessario iuxta constitutiones Societatis Iesu. Probatur ergo primum fundamentum. Nam optimè Decius *e. i. final. num. 1.* & Bologn. *ibid. num. 11. fin.* & *num. 21. 23. 42. 69. 159. C. de patris*, tradunt totam eius prohibitionem rationem esse, ne detur votum captanda mortis, & hac cessante cefare quoque prohibitionem : & num. sequenti. fin. referuntur alios auctores, ex quorum doctrina hoc idem colligitur, & constat. Nam quando est pactum hereditatis homini incerti, valet, ut probauimus *num. 3.* & tamen de parte non tollitur potestas testandi, cum renunciant possit de alia parte, quando sibi obuenierit, testari : non ergo hec est ratio illius decisionis. Tandem nec potest esse ratio illius, quod pacto nequit hereditatis dari, ut bene docet Menchaca de successione *l. 18. num. 192.* tum quia haec renunciatione non verè datur hereditas, sed ius succedendi, sive spes illa transferitur : tum etiam quia nec consensu domini potest hereditas pacto dari, obstante *l. hereditatis. C. de patris conuenit*: nam nec ipse dominus posset dicere, sed solemniter testamento, ut probauimus *num. 44. & 48.* & tamen eo consciente valet haec renunciatione. Ergo non est illa ratio huius prohibitionis.

Probatur autem secundum fundamentum, nempe, in renunciatione facta iuxta constitutiones Societatis Iesu non dari votum captanda mortis. Et quidem si renunciatione fiat in favorem eiusdem Societatis, vel aliqui communis, manifestum est non dari votum capienda mortis ex *cap. consultationibus de donis*, vbi decernitur præbendam viventis non posse conferri alicui priuato, ut per alium collegio. Cuius rationem tradunt ibi Hostiensis *num. 1.* & *3.* Ioannes Andre. *num. 2.* Antonius *num. 5.* Abbas *num. 3.* Cardinalis *num. 4. q. 2.* Anchar. *n. 4.* Henricus *num. 2.* Imola *num. 8.* Ananias *fin. Archid. n. 6. quaest. 7. in fine summa. Glossa cap. cum vers. verb. tenet. & ibi Abbas *num. 10. de refut. foliat.** quod in priuato detur votum captanda mortis beneficiari, ut in eius beneficium succedat ; quod tamem cessa in collegio, quia cum communis anima caret, nequit mortem captare, nec præsumi potest fore, ut singuli illius communis capent : quia quod communis datur, nemini datur, nec est singulorum, ut confat ex *cap. Episcop. 5. qui manumittitur. 12. quaest. 2.* vbi dicitur, manumissum à collegio, non singulis, sed vniuersitatibus respondent turpe esse, ac proinde posse abque venia singulorum in iudicium deferre, non autem totam communiam. Item quia (ut dicitur *l. 2. C. quando. & quibus lib. 10.*) naturale vitium est negligi quod communis possidetur, ut se nihil habere arbitretur qui totum non habeat ; & ut testif Arist. *2. Politicorum. cap. 1. in princ.* non ita curatur bonum commune, sicut proprium. Arque ita, cum nullius testis sit propria causa testimonium valeat, *lib. præcedent. cap. 13. num. 102.* valere testimonium religiosi in rebus ad suum monasterium pertinientibus ea ratione tradita, quod res communis non censoratur singulorum propria, nec dari hoc votum capienda mortis in Ecclesia, fatentur Parisius *cap. in presentia. num. 26. ad finem, de probationibus.* Menchaca de successione.

*de successione. lib. 1. §. 18. numero 220.* quod idem generaliter non timeri, vbi fit pactum cum pia causa, docebat Guillelmus Benedict. *cap. Raynatus. verb. duas habens filias. num. 207. fin. & 208.* Atque si in quacumque communitate id periculum non timetur, multo fortius id non timendum est quando pactum initur cum Ecclesia, ut optimè considerauit Bald. *cap. eam venient. numero 3. de refut. foliat.* cùm in ministerio Christi nulla mala, nec sinistra suspicio cadat, vt tradit Anterus Papa in epistola ad Episcopos Hispaniar. & refertur *cap. ad fin. 11. quaest. 3. vbi & Glossa verb. finitum.* Atque ea presumptio multo minus habet locum in religiosis, ut aperte colligitur ex *cap. 2. vers. 1. super eo, de nouis operis mutatione*, vbi quod non fecerint, at inde deducit argumentum pro monachis, ut semper prælumentum iustam tueri licet, nec appetere aliena, cùm propria reliquerint, sedum prælumentum fore, ut aliecius mortem capient, quod succedat monasterium. Et confirmatur ex doctrina Zalij, quem refert, & sequitur Menoch. *conf. 1. numero 154. & 155. volum. 1. vbi ait patrum reprobatum *l. patrum, quod donati. C. de patris, valere inter magnates, ut dices, comites, marchiones, & quod in ipsis nihil finitum excogitandum sit, ac subinde nullus captanda mortis timor subsit.* Ergo à fortiori id dicendum est quodies cum communitate religiosa id pactum initur, siquidem iure optimo minor affectio ad temporalia præfumitur in religiosis, tum quod ea bona singulis obuenire non debant, tum etiam quia propter Christum se, & sua reliquerunt paupertatem perpetuo voto stricti. Atque ita valere huiusmodi pactum, seu renunciationem futura hereditatis in favorem conuentus religiosi, eo quod cesseret præsumptio captandi mortem, tradit Cornues *l. final. numero 3. fallentia 3. C. de patris*, & refert Baldwin idem sententem addit. ad *Archidiacorum. 16. 9. 7. in fin. sum.* quas additiones nullibz potui intenue. Sed idem Bar. *cap. cum venient. numero 3. de restituzione foliat.* ait, supposito veram esse rationem illius textus, quod possit dari beneficium viventis collegio, eo quod in ipso non detur votum captanda mortis, posse pactum initum illo de futura successione, & fortiori ratione cum Ecclesia, in qua minor huius suspicio est. At suppositum illud, nempe, esse veram rationem, quod non detur votum captanda mortis, satis probatum intio huius numeri, vbi pondero, Baldwin sensisse totam rationem probationis pacti futura hereditatis esse, ne detur votum capienda mortis, & ea cessante quoque prohibitionem. Ad idem est Fulgos. *ea l. final. numero 3. vers. 2. ratione.* vbi aut fortè non malè dictum est quod afficeret posse iniuste pactum de hereditate viventis, vbi non induceretur votum captanda mortis. Ad idem est Parisius *cap. in presentia. num. 26. ad finem, de probationibus*, qui cum Alex. *conf. 29. numero 8. & 9. vol. 3.* multa adducunt ad hoc cprobandum, atq; in aliquo actu faciendo debet adesse certa forma, illam non requiri quando sit actus cum persona, in qua cessa suspicio, que illius forme inducenda causa fuit : atque inde deducit hoc non considerari in donatione facta Ecclesiæ, vtpote in qua cessa suspicio captanda mortis. Et tandem Laderchius *conf. 13. numero 6. & 7. probat.* ingredientem religionem posse renunciare omnibus bonis, etiam exprimendo hereditates futuras, in favorem cuiusque.*

Maior autem difficultas est, quo modo votum capienda mortis non detur quando prædicta renunciatione hereditatis fit in Societate Iesu in favorem aliecius priuata pauperis, sive confanguinei, sive extranei, prout fieri potest iuxta constitutiones Societatis *cap. præcedent. numero 31.* Sed id quidem probat ratio prima, quam numero 58. afferens : præterea, quia codem numero 58. probamus alii rationes.

traveniri dispositioni legis civilis. Primo, quia, ut probauit numero 41. & 43. quando hereditas viuentis non venit principaliter, sed accessoriè, & sub uniuersitate honorum, atque in quadam consequentiam necessariam precedentis contractus licet, valer, nec est contra d. final. nec presumitur votum captandæ mortis, nec anxietas præmatura, & turpis hereditatis personæ viuentis : at in Societate I e s v dum renuntiatur omnibus bonis, iuriis, & actionibus, principaliter agitur de omnium bonorum abdicacione, quo religiosi maneat perfectè pauper, abique spe vila acquirendi, sub qua vt pars quædam comprehenduntur ius ad hæreditatem futuram, & venit, ut sequela necessaria ad ingressum religiosi obligantis ad dictam renuntiacionem omnium iuriuum, & hereditatum, vt dictum est, eo quod his iuribus retentis non detur perfecta paupertas, qualiter poscent constitutiones. Ergo ea renuntiatio non est contra ius civile, sed eo attento suffimenda est. Secundù, quia, non obstante lege ciuii disponent pacum abique domini consensu irritum est, potest ex licencia Principis iusta causa ducti id pacum licet, & validè iniri, ut probauimus num. 8. Pontifices approbarunt constitutiones Societatis I e s v p̄cipientes huiusmodi renuntiacionem, sive in favorem communitatæ piaæ, sive priuati pauperis, & ducti iustissima causa, nempe, ut religiosus maneret perfectè pauper, abdicata omni bonorum specie, & cum sit circa personam religiosam, non est ciuilis iurius disponere circuallam, sed ecclesiastici. Ergo valeat talis renuntiatio non obstante lege ciuii. Sed dices constitutiones non prescribere, vt ea renuntiatio fiat absque consenso eorum, quibus succedendum est; atque ita cum seruari posset constitutio ex consenso perito, non aduerterebit illi, nec Pontificis approbatione, petere consensum; quare si necessariò petendus erit, iuxta p̄scriptum legis ciuii. Respondeatur immo aduersari constitutioni, quia confiratio petra tantum rationes non inclusas in voto captandæ mortis, & fatis probauimus num. 5. esto vera efflent haec rationes, illas non obstat hinc renuntiacionem. Ad secundam confirmationem dic, aliud esse cessare rationem legis in aliquo casu; aliud vero rationem legis non se extendere ad illum casum: nam in priori evenitu lex ex se, & ex sua generalitate comprehendit eum casum, in eoque locum habuit, alia non diceretur cessare rationem legis, vel legem, cum ne lex, nec ratio in eo casu locum haberint; & quod nunquam fuit, cessare nequit. In posteriori vero evenetu nunquam ratio legis amplexa est eum casum, & per consequens nec lex ipsa; & sic nunquam vbi ratio comprehendit aliquem casum, non sufficit cessare rationem in particulari, vt cesseret lex, verum quando à principio ratio legis non se extendit ad eum casum, dicendum est nunquam legem habuisse locum in eo, vt latius explicui, & probauit ib. 2. de marim. dispu. 37. numero 3. Non ergo defendimus, valorem huius renuntiacionis ex eius persuerantia pendeat, vt dixi num. 14. maneret casu renuntiatio ex consenso renovato, ac proinde nunquam est irreuocabilis. Insuper, quia ratio prima hic adducta probat eam renuntiacionem non indigere ad sui firmatatem consenserit eius, cuius successio renuntiacioni ex ea renuntiacione non facta, quia conseruit Societas I e s v tantum petet id quod ad perfectam renuntiacionem religiosi pauperitatem desideratur; cui fini satistis, si ex parte ipsius maneat firma, & irreuocabilis renuntiatio illa, nec volunt prospicere pauperibus, in quorum favorem renuntiatio facta est. Sed respondet, constitutionem à Sede Apostolica approbatam vtrisque profixisse: nam notwithstanding petet, vt religiosus abdicet a se spem bonorum, sed vt ea cedant in pauperum vltiuxa consilium euangelicum; quod quidem obtinere non posset, si reuocabilis esset ex parte hereditum hæc facta in pauperes renuntiatio. Tertio, quia in dubiis opinionibus ea preferenda est, quæ loco pio, & religioni fuerit, vt alii citatis, & nemine contradicente tradit Titaquel. De privilegiis piaæ causæ, p̄sueleg. 1. 4.

Societate ea renuntiatio, vt diximus. Probatur ex laudem nulli. §. 1. C. de sacrofanti. Ecles. vbi donatio totius patrimonii facta Ecclesia, pronuntiatur valida. At eodem privilegio Ecclesia relata ad causas pias gaudent, ut probauimus num. 5. & concinit cap. final. de successor. ab in testato. Præterea, quia (vt eodem num. 5. probauimus) ius ciuile non potest praeditum aliquod donationibus ad causas pias afficer. Ex ideo hanc partem sustinent Abbas cap. final. num. 2. de successoribus ab in testato. & cap. in villa. num. 11. de conceptione prebenda. & cons. 1. vol. 2. Bartol. final. in 1. l. 2. numero 13. C. de p. t. Curtius senior ibi. num. 24. Decius num. 31. & ibi lafon num. 34. Baldus aubert. q. s. maior. num. 39. C. de sacrofanti. Ecles. Se cap. in p. s. n. 36. fin. de probationib. vbi Abbas num. 1. notab. 5. Decius nova editio. num. 29. Paris. an. 21. usque ad 26. Felin. num. 6. & latifimè Beatus. n. 34. usque ad 27. Ferretus. n. 16. & n. 26. Lafon. L. stipulatio hoc modo concepta. num. 10. ff. de verb. obligat. Tiraquel. de priuilegiis pia cause. p̄sueleg. 100. nu. final. Guillelmus Benedict. & Rayninus. vbi duas habens filias. num. 206. de testament. Natta cap. quatuor p. s. 2. pari. num. 60. habetur tom. 6. art. 2. pari. 2. Nauarr. comment. 1. nu. 3. 2. coroll. 3. de regular. Gama dec. 1. 35. num. 2. Ioannes Lupus. 4. 6. Tauro. num. 9. & ibi Antonius Gomez num. 31. Quatuor rubri de testament. 2. pari. num. 5. Dueñas reg. 21. 9. Limitu. 1. Iulius Clarus lib. 4. receptarum. §. donatio. quest. 2. 0. num. 5. Gutier. de iuramento confirmatoria. 1. pari. cap. 11. num. 7. Marienzo lib. 5. recuperat. sit. 10. 1. 8. glo. vntca. num. 9. Azebedo es. 1. num. 6. Villalobos in suis communibus opinione bus distinxit D. verb. donatio. num. 16. 7. Spino speculo testimon. glossa 12. principali. num. 45. Molina tomo 1. de iustitia. dispu. 28. col. 3. vers. nostram. Rebells de iustitia. pari. 1. lib. 1. quæst. 9. num. 2. Leonard. lib. 2. de iustitia. cap. 18. dub. 13. num. 95. Manuel ques. regular. tom. 1. quæst. 47. art. 2. & multi alij, quos hi referunt. Quod tamen iure optimo limitant Abbas cons. 4. 8. num. 3. vol. 2. Tiraquel. & Manuel proximè allegati, ut intelligantur quando donationis effectus principaliter diriguntur in piam causam, vt quia donatio fit Ecclesia, vel pia cause; scilicet si principalis effectus diriguntur in piam causam, per quam tamen consequentiam cedat in causa pia commodum, vt si donatio omnium bonorum fiat aliquid cum eo onere, vt teneatur elemosynas elargiri.

## C A P V T I I I.

De facultate nouitii, aut volentis ingredi religionem, ad disponendum per testamentum de suis bonis, & de firmitate eius testamenti sequita professione, & quis ei ab in testato morienti succedit; & hæc attento iure antiquiori ante Tridentum.

## S V M M A R I V M.

Quot questiones sint disputatione, & ibi remissæ; an aliquid si amittantur per Tridentum. n. 1. An nouitius integrum sit testari abque superioris licentia? & constat ratione ibi adducta, que est, quod se, & sua dedicari, nihilque proprium habeat, quod in nouitii locum non habet. Et ita sentiunt vniuersitati Doctores, qui pallium absolute dicunt nouitios posse testari; si enim aliquid licentia exigetur, minus verum effler dicere possit illos testari. Sed in propitiis terminis docent nullam exigere licentiam Nauarr. comment. 2. de regularibus. num. 49. Coquar. cap. 2. num. 5. fin. de testament. Cratias de successione. testamento. §. testamentum. quæst. 34. num. 5. Gutier quæstionibus canonice. lib. 2. cap. 1. num. 25. Valdes alios referens in additionibus ad Suarez allegat. 20. littera M. Tapa d. auerter. ingressi. verb. sua. cap. 2. num. 14. fin. & verb. id eoque nec de his. cap. 1. num. 1. Molina tomo 1. de iustitia. dispu. 13. 9. col. 5. lib. 12. cap. 2. fin. & c. 6. 9. 5.

Quod quidem verum est, et si nouitius ille sit ordinis Minorum, quia in illo quoque militant ratios propositi; & ita docent Francus rubrica de testamentis. in 6. num. 6. 7. Nauar. num. precedens. allegatus. Nec obstar quod docet Corduba super regul. Minorum. cap. 2. quæst. 8. puncto 2. dicens nouitios ordinis Minorum volentes in ea profiteri, teneri distribuere bona sua in pauperes: nam Manuel quæst. regular. tomo 3. quæst. 16. art. 31. id reprobatur, probans optimè solum esse consilium.